

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG_0106

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

HERBARIUM AMBOINENSIS

LIBER TERTIUS,

Continens arbores, quae Resinam,
speciososque dant Flores, aut
noxium aliquod lac fundunt.

CAPUT PRIMUM.

Canarium Vulgare. Canari Negri.

Hæc quoque arbor pertinet ad illas, ex quibus Incolæ harum Orientalium regionum suum capiunt cibum quotidianum, uti de Calappa, Pinanga, Sagu, similibusque supra fuit indicatum, sed ad hunc tertium librum reservata fuit, ut dux foret resiniferarum arborum; hujus autem variæ occurrunt species, quarum binæ priores proprie ad cibum adhibentur, quæ minimam etiam resinæ dant copiam, ac dividuntur in domesticam & silvestrem, licet proprie loquendo utraque hæc sine humano auxilio propagetur.

Prima vero species est domesticum vel vulgare Canarium, quæ alta & perfecta est arbor, corticem gerens albicantem, ramosque extensos instar Quercus, in qua plurimi incurvi & nodosi inveniuntur ramuli, inque his copiosæ foliorum raches inordinatæ, illi autem ad ortum suum sunt geniculati, ubi facile etiam franguntur, rachesque ipsæ semel bisve itidem geniculatæ sunt. Juniores vero ac supremæ raches geniculo suo inter bina foliola oriuntur squamosa, quæ peculiaris sunt structuræ & formæ, plerumque autem triangularis vel instar linguæ, inferiore sua parte arcte ramo nexa, & instar vaginæ talem rachim ambientia, ad oras profunde ferrata, rugosa, & pallide virentia, hocque in Canarii speciebus tanquam certus ejus character semper invenitur: Si foliorum raches adolefcent & sint vetustiores, foliola hæc decidunt: observantur autem hæc copiosius in silvestribus speciebus, quam in domestica, in rachibus vero tria, quatuor, vel quinque foliorum paria sibi opposita locantur: Quæ plerumque spithamam sunt longa, vel octo, novem, decemve pollicum longitudinem habent, ultra palmam vel quinque digitos lata, superius acuminata: In adultioribus vero arboribus sunt minora, orisque gaudent æqualibus, ac plurimis parallelis costis flavescensibus sunt pertexta, quæ oppositæ quoque sunt, nec nervus intermedius major directe per medium folii transit usque ad pedunculum, inferiorque folii pars latissima est, glabra, firma, sonitum edens, & nigricans, sique frangatur folium, corrugatur vel sese contrahit, atque ad duritiem exficcat: Sique fricentur hæc folia, resinofum, fortemque spirant odorem, ex quo mox dignoscuntur. Arbor hæc altam densamque constituit comam e longinquo nigricantem.

In ramorum summo alii progerminant crassi & lignosi petioli, in paucos alios sese dividentes, ex quibus flores propullulant, qui primo sunt capitula pallide virentia, quæ continentur inter bina foliola viridia, quæ sese ab utraque parte aperiunt instar valvularum. Capitula hæc formam gerunt crateris, cujus venter est rotundus quasi calix, in cujus centro tria crassa & angusta locantur petala, quæ in totidem crassa acumina terminantur & sese aperiunt, quæ os seu orificium crateris efformant: Sensim autem hæc magis dilatantur, & in centro suo conspiciendum præbent viride pistillum capitatum, quod germen seu fructus rudimentum est. Tales sunt flores vulgaris frugiferi Canarii, quod femina dicitur, præter hanc autem mas occurrit, cujus truncus nec folia multum a vulgari differunt, sed racemus ejus florifer major

Tom. II.

HET AMBOINSCHES KRUYD-BOEK.

HET DERDE BOEK.

*Bebelzende die Boomen, dewelke eenig
Hers, aanzienelyke Bloemen, of schadelijke Melk van haar geven.*

I. HOOFDSTUK.

De gemeene Canarie-Boom.

Deze boom behoort mede onder die geene, waar van de Inlanders dezer Oosterfche quartieren bare daggelykze kost hebben, gelyk boven van de Calappus, Pinang, Sagu &c. gezegt is, maar by is tot in dit derde boek gespaart, op dat by een voorganger van de bersdragende boomen zoude zyn, men heeft daar van verscheidene zoorten, waar van men de twee eerste eigentlyk tot de kost gebruikt, gelykze ook den minsten bers geven, en zyn verdeelt in tamme, en wilde: hoewelze eigentlyk te spreken alle beide meest, zonder toedoen van menschen, voortkomen.

Eerstelyk. Het eerste geslacht is de tamme of gemeene Canary, een hooge en volflagen boom, met een even witachtige schorsse, en uitgebreide takken, als een Eikenboom, daar aan staan veel kromme en knobbelachtige takkens, en rondom dezelve veele ryskens zonder ordre, makende by baren oorspronk een knietjen, daarze ook kort afbreken, en de ryskens zelfs hebben gemeenelyk nog een of twee knietjes. De jongste of voorste ryskens staan ieder met zyn knie tusschen twee bladeren, als twee lippen, van een byzondere gedaante, meest driekant, of als een tong, met de onderste of breede zyde digt tegens den tak staande, en als een scheede het voornoemde rysken omgevende, aan de kanten is 't gebaard of diep gezaagt, geribt, en bleek-groen van couleur, en hebben al de Canary-geslagten dit tot een byzonder kentteken. Als de ryskens oud worden, zo vallen deze blaadjes af, en men zietze meer aan de wilde zoorte, dan aan de tamme; Aan de ryskens staan 3. 4. en 5. paren bladeren regt tegen mal-kander. Zy zyn gemeenelyk een span lank, of 8. 9. 10. duimen, ruim een band of vyf vingers breed, van vooren in een smalle spits of snibbelte toelopende. Aan de oude bomen vallenze wat kleinder, met effene kanten, en veele evenwydige geele ribben doorregen, en verwisseld tegen mal-kander staande, ook loopt de groote zenuwe niet regt door de midden by den steel, en de achterste helft van 't blad is aldaar breeder, glad, styf, rammelende, swart-groen, en afgebrooken zynde, krimpt te zamen, en droogt hard op, als menze vryft, gevenze een sterken bersachtige reuk van haar, daar aan menze datelyk kennen kan. Den boom maakt een booge en digte kruin, van verre swart zig vertoonende.

Aan 't voorste der takken komen andere dikke boutachtige steelen voort, zig in weinige andere verdeelende, en aan dezelve 't bloeizel, 't welk eerst zyn bleek-groene knopjes, dewelke gesloten staan tusschen twee groene blaadjes, die haar te wederzyden openen, als klapmutzen. Deze knopen hebben de gedaante van een kroesje, wiens buik is een ront kelkje, daar in staan drie dikke smalle blaadjes, dewelke haar openen in drie dikke spitzen, uitmakende de mond van een kroesje. Met 'er tyd openen zy haar wat wyder, en vertoonen in de midden een groen knopje, met een nopje boven op, waar uit werd het schepzel van de vrucht: Dusdanig is 't bloeizel van de gemeene vruchtdragende Canary, die men voor het Wyfken houd, bebalven dewelke is 'er nog 't Manneken, aan stom en bladeren van 't gemeene niet veel verschillende, doch de bloevende tros is grooter, en meer uitgespreid, 't bloeizel

T

zel

est, magisque extensus, ut & flores, qui ex tribus notabilibus, crassis, pinguibus, & squalide albicantibus constant petalis, in ampliore calice contentis, pistillum quoque horum seu germen quinque staminibus, antheris fuscis gaudentibus, circumdatum est. Hic autem flos debilem præbet odorem ad florem *Sjampacca* accedentem, qui itidem observatur in flore vulgaris *Canarii*, si per aliquot dies in domo conservetur, post maris flores nulli subsequuntur fructus, unde non æstimatur, ac raro etiam occurrit nisi circa litora.

Fructus ex longis dependent racemis bini tresve in peculiari petiolo, nec male referunt *Juglandes*, excepto quod sint minores & oblongiores, externe obducti gluma glauca, glabra, & æquali, quæ sensim nigrescit vel coerulescit, instar majorum *Prunorum*: Fructus hi ex oblongo non vere rotundi sunt, sed parum trigoni, & in superiore parte compressi, cum parvo brevique apice, juncti inferiore sua parte caliculo cuidam tanquam disco, a quo tamen facile separantur & decidunt, quum maturescant. Sub hac gluma, culum circiter crassa, nux dura & ossæ reconditur, trigona quoque, sed ejus anguli sunt parum rotundi; quum vero ex hac nuce specierum seu varietatum differentia optime distinguantur, in quatuor illam dividemus species, in binas nempe majores, binasque minores, harumque majores sunt oblongæ vel rotundæ, uti & quoque minores.

Primo itaque major oblonga species fructus gerit tres circiter digitos longos, pollicem crassos, cujus & magnitudinis nux interior est, glumæ enim substantia vix cultrum crassa est; Tria habet latera, quorum quodvis pollicem latum est, quæque inferius in tres acutos angulos concurrunt, superius autem nuces hæ sunt magis planæ, obtusumque formant conum: Ejus putamen pennam circiter crassum est, sed fragile, & instar vitri diffilit; si contundatur, in media ejus cavitate continetur nucleus tantum oblongus & compressus, ab una magis protuberans parte, acsi triangularis quoque foret, qui ab una parte rotundus, ab altera parte est acuminatus, *Amygdalis* simillimus, sed duplo major est, & externe etiam tali rubente pellicula obductus, sub qua alba reconditur substantia, ex sex oblongis & sinuosis segmentis composita, septima autem & minima pars in cono invenitur, quæ autem omnes in recenti nuce facile separari possunt, sique accurate id fiat, iterum conjungi; in ficcis vero nucibus hoc nequit fieri. Si tales decorticati nuclei ab inferiore seu plana conspiciantur parte, formam ac speciem præbent *Sinenfis* ejusdem, qualis longis & amplis ambulat indutus manicis. Nuclei sapor est dulcis uti in *Corylis*, sed substantia ejus est magis fatua & mollior. Inter omnes *Canarii* species hæc maxima quam maxime fatua est, atque hinc non ita grata est, si cruda cadatur, sed plurimum adhibetur ad formandos oblongos bacillos *Bagea* dictos, de quibus postea.

Arbor hæc non est silvestris, sed circa pagos creseit & in *Amboinensium* hortis silvestribus, folia autem ejus sunt maxima, decem & undecim pollices longa, & quinque digitos lata: Ejus truncus est rotundior & erectior quam in aliis, non ita autem altus, sed crassior est, parumque alatus prope radices.

Secunda *Canarii* species est, quæ fructus gerit magnos rotundos, cujus folia priori sunt simillima, sed illorum apex est brevior, & truncus ipse altior est, fructusque transversalem circiter digitum breviores sunt quam præcedentes, rotundiores vero sunt & crassiores. Nux vero ipsa binos transversales digitos longa est, singulaque ejus pars seu angulus pollicem latus est, & trigonus, sed ejus anguli sunt plurimum rotundi vel plani, substantia autem ejus est durior quam in præcedente, atque difficulter aperitur. Intus unicam tantum habet cavitatem, inque illa similis continetur nucleus brevior & crassior, durioris vero substantiæ, quæ melior est quam prioris.

Tertia species est parva oblonga, quæ altiore gerit truncum sed minora folia quam præcedentes: Nux autem ultra binos digitos longa est, ac singuli ejus anguli minorem digitum lati sunt, nucleus ejus internus primæ speciei simillimus est, sed tenuior, substantiæ pinguioris, & melioris saporis.

Quarta species est parva rotunda, secundæ speciei omnino similis, excepto quod minores gerat nucleos.

Omnes

zel is ook grootter, van drie merkelyke dikke, vette, en vuil-witte blaadjes gemaakt, in een wyder kelkje staande, ook is 't binnenste knopje of schepzel der vrucht omgeven van vyf draaijes, met bruine nopjes. Zy is van een slapen reuk, de bloem van 't *Sjampacca* bykomende, den welken men ook gewaar werd in 't bloeizel van de gemeene *Canary*, als men 't zelve eenige dagen in huis bewaart, na het bloeizel van 't *Manneken* volgen gene vruchten, daarom zy niet geacht, en zelden gevonden werden, en dat meest omtrent de strand.

De vruchten hangen ook in groote troffen bymalkander, twee a drie t'zamen aan een byzondere steel, en gelyken niet qualyk onze *Ocker-nooten*, behalven datze kleinder en lankwerpiger zyn, buiten met een blaauw-groene bolster bekleed, glad en effen, die metter tyd sward werd of weinig blaauwachtig, gelyk de groote *Pruimen*. Deze vruchten zyn in 't lankwerpige niet regt rond, maar wat driekantig, en aan 't voorste wat plat, met een klein kort spitsje, en staan met 't achterste vast aan 't schyfken, als een schootelken, daarze ligt afvallen, alsze ryp werden: Onder deze bolster omtrent een stroo-balm dik, leid een harde steenachtige noote, ook meest driekantig, doch de kanten zyn wat rond, en dewyl men aan deze Noote 't onderscheid der zoorte best kennen kan, zo zullen wy dezelve in vieren verdeelen, te weteen in twee groote, en twee kleine, bestaande de groote in een lankwerpige, en een ronde, en zo mede de kleine.

Eerst de groote lankwerpige heeft vruchten schaars drie vingers lank, en een duim dik, zo groot ook de binnenste Noote is, want het vleesch van de bolster qualyk een mes dik is: Zy heeft drie zyden, ieder een duim breed, en achter loopenze met drie scherpe kanten t'zamen, maar vooren vallenze wat breed, en maken aldaar een stomp spitsje: Deze schaal is wel een schaft dik, doch bryzelig, en springt als glas, als men daar op klopt; binnen hebbenze maar een bolligheid, en daar in een lankwerpige platte korrel, behalven dat de eene zyde wat uitbult, als of hy mede driekantig was. Aan 't eene einde rond, en aan 't ander wat toegespitst, de *Amandelen* zeer gelyk, doch wel tweemaal zo groot, ook van buiten bekleed met dergelyk rood velleken, daar onder een witte heeft van zes lankwerpige, en bochtige stukjes te zamen gezet, met het zevende, en de kleinste aan de spits, dewelke men in de versche Nooten lichtelyk van malkander kan scheiden, en ook als men naauw daar op let, wederom te zamen zetten, maar in de drooge niet, ook als men deze gescheelde korrels van achteren of van de platte zyde ziet, zo vertoonenze de gedaante van een *Sinees*, met zyn lange mouwen wandelende. De smaak is zoet, als aan de *Hasel-nooten*, of wel zo lach, ook weeker van substantie. Onder alle *Canari* zoorten is deze groote wel de laatste, en daarom zo aangenaam niet om raauw te eeten, maar werd meest gebruikt om de lankwerpige stokken daar van te maaken, die men *Bagéa* noemd, waar van hier naar.

Deze boomen vint men niet in 't wilde, maar omtrent de dorpen, en in der *Amboinezen* bare Bosch-tuinen, en zy hebben wel de grootste bladeren, tien en elf duimen lank, en vyf vingers breed. Den stam is ronder en regter dan de andere, niet zo hoog, maar dikker, en met kleine vleugels by de wortelen.

De tweede zoorte, zynde groote ronde *Canaris* met bladeren, de vorige meest gelyk, doch 't voorste spitsje aan dezelve is wat korter, en de stam wat hooger, de vruchten zyn omtrent een dwers-vinger korter dan de vorige, dikker, en ronder, de Noot is twee dwers-vingers lank, hebbende ieder zyde een duim breed, driekantig, doch de kanten zyn meest rond of plat, zy zyn harder van substantie als de vorige, en moeyelyker op te kloppen. Binnen hebbenze ook maar eene bolligheid, en daar in eene gelyke korrel, doch wat korter en dikker, van substantie harder, en beter van smaak dan de vorige.

Het derde, de kleine lankwerpige hebben nog hooger stam, maar wat kleinder bladeren dan de vorige: De noot is ruim twee vingers lank, en ieder zyde een kleine vinger breed, van binnen met een korrel, als 't eerste geslagt, maar smalder, vetter van substantie, en beter van smaak.

De vierde, kleine ronde zyn de tweede zoorte in alles gelyk, behalven datze kleinder korrels dragen.

Alle

Omnes hæc quatuor species unicam tantum habent cavitatem, quæ a silvestri distinguuntur specie, lufu autem naturæ quædam aliquando inveniuntur, quæ binas & raro etiam tres gerunt cellulas, inque singulis separatus nucleus, quod plurimum observatur in binis istis rotundis speciebus: Econtra in una sæpe cellula bini nuclei conjuncti & concreti apparent, vel fusca tantum pellicula separati: Tertia species hoc quoque peculiare habet, quod lapide confusa in tres diffiliat partes oblongas, ac si ex tribus composita esset segmentis. Binæ quoque minores species substantiæ sunt solidioris & magis oleosæ, unde plurimum adhibentur ad oleum exprimendum.

Omnes porro Canarij species hoc peculiare habent, quod prope radices supra terram circa truncum excrecentias gerant quasi alatas, ac si arbori columnæ essent appositæ; has alas Maleyenses generali vocabulo nominant *Tambi*, *Tabir*, vel *Panir*, quod nos vocamus sedem; Amboinenses vero *Lakin*, binæque majores species minimas gerunt alas: Minor autem & silvestris species alas gerit magnas & latas ad altitudinem duorum hominum, quæ ad truncum nunc erectæ, nunc vero incurvæ sunt, ac plerumque palmæ latitudinem sunt crassæ, ita ut variæ quasi cameræ minores trunco appareant adfixæ; aliæ quædam etiam sunt arbores silvestres, quæ similes gerunt excrecentias, sed nullæ tantas & tam singulares ac Canarium.

Hujus arboris lignum est albicans, solidum, & durum, sed non admodum durabile ob pinguedinem, quæ collos facile generat; quumque sit siccum, fragile est. Si Canarij fructus nigrescant, plurima arboris decidunt folia, ita ut fere illis penitus sit orba ac nuda, fructusque soli appareant. Tum incolis adscendenda est hæc arbor, longosque fustes gradatim arbori alligant, ut adscensum faciliorent, fructusque longis feriunt fustibus, alias maturi Canarij fructus sponte decidunt, porcisque, uti glandes, pro cibo inferviunt, qui avide hæc devorant nuces, quibus etiam sæpe capiuntur, si hos nocte vel e longinquo dentibus stridentes illasque comedentes audiamus: Arbor hæc post deciduos fructus mox nova emittit folia, sæpiusque apparet in una eademque arbore una pars recentibus ac viridibus foliis vegeta, quum altera plurima sua deiecit vetustiora folia, in viridi autem tali ramo nunquam fructus conspiciuntur uti in alio.

Anni tempus. Omnes Canarij species, quæ domesticæ habentur, sub initium pluviosorum mensium h. e. Majo vel Junio florent, fructusque maturescunt, ac colliguntur primis mensibus siccis, h. e. Octobri & Novembri. Quæ vero mense Septembri flores aperiant, maturos dant fructus Martio & Aprili, vocanturque *Canari Barat*; quæ peculiare fere constituunt genus, de quibus in subsequenti capite.

Nomen. Latine *Canarium Vulgare*. Malaice *Canari*, ejusque binæ priores species *Canari Bessaar*, & *Canari Baggæa* ob subsequentem usum. Binæ aliæ species *Canari Kitsjil*, subdivisæ sunt in *Pand-jang*, h. e. oblongum, & *Pende*, h. e. breve & rotundum: Ternatensibus autem *Canarium* dicitur *Nya* & *Niba*. Amboinensibus *Yar* & *Yal*. Bandensibus *Nanari*.

Locus. Hæc arbor in omnibus occurrit insulis Moluccensis & Amboinensis imperii, præsertim vero in binis insulis *Manipa* & *Kelanghan*, per totam portu *Ceramam* usque in insulas ad *Eurum* sitas, immo quidam confirmant, in ipsa *Nova Guinea* & affini ipsi australi regione reperiri: In *Banda* quoque occurrit, at minor tantum ejus species, sed quotannis sufficienti ibi copia alia species adducitur ex insulis *Key* & *Aru*; In occidentalis vero insulis, uti *Celebe*, *Baleya*, & *Java*, ignota est, excepto quod in *Java* circa *Samarangham* parva quædam occurrat Canarij species, cujus fructus in *Bataviam* venales adferuntur: In *Macassarâ* quædam etiam sunt arbores, sed propagatæ per fructus aliunde deductos; licet jam sponte, nec hominum ope in hisce crescant insulis, quum plurimum ferantur per palumbas & vespertiliones, qui totos devorant fructus, eorumque glumis fere digestis totas iterum exonerant per secessum nuces, quæ terram tangentes arbusculas progerminant, quo modo plures etiam frugiferæ propagantur arbores: omnes tamen hæc arbores suæ habent dominos

Tom. II.

Alle vier soorten hebben ordinaris van binnen maar een holigheid, waar aan menze van de wilde onderscheiden kan; doch daar loopender ook onder, die van binnen twee, en zelden drie kamertjes hebben, en in ieder een byzonder korrel, 't welk men meest ziet aan de twee ronde soorten. Daar en tegen vind men dikwils in een kamertjen twee leesten aan malkander gegroeit, of slegts met het bruine vliessen onderscheiden. De derde soorte heeft dat ook eigen, datze met een steen opgeklopt, in drie lankwerpige stukken van malkander valt, als ofze van drie deelen samen gezet was. Zo zyn ook de beide kleine soorten veel vaster van substantie, en olyachtiger, daarom men dezelve meest gebruikt om Oly daar uit te persen.

Voorts hebben alle Canaris geslagten dit merkteken, datze by de wortelen boven de aarde, rondom den stam eenige uitwassen hebben, in de gedaante van vleugels, als of 'er tegen den boom eenige dunne pilaaren gemetzelt waren, deze vleugels noemen de Maleyers met een generalen naam *Tambi*, *Tabir*, of *Panir*: Wynoement een soel, de Amboineezen *Lakin*, en hebben de twee bovenstaande groote soorten de kleinste vleugels; maar in de kleine en wilde soorte is dezelve zeer groot en breed, by de twee mannen hoog opgaande aan den stam, zommige regt, zommige krom, en doorgaans een hand breed dik, dat bet schynt of 'er verscheide kamertjes aan den stam gemetzelt waren; daar zyn eenige woud-boomen meer, die zulke vlerken hebben, doch geene zo raar en groot, als de *Canary-boom*.

't Hout van dezen boom is wel wit, dicht, en hard, doch niet zo durabel, wegens zyne vettigheid, die licht wormen voortbrengt, en om dat het droog zynde licht afbreekt: Als nu de Canaris beginnen swart te werden, zo vallen de meeste bladeren van den boom af, zo dat by bykans kaal staat, en de vruchten bloot hangen. Als dan moeten de Inlanders de boomen beklimmen, bindende eenige lange stokken met sporten tegen den boom om te gemakkelijker op te komen, en de rype vruchten insgelyks met lange stokken af te slaan, want anderzints vallen de rype Canaris zeer licht van zelfs af, en worden gelyk de Eikelen de Verken ten proye, die zeer gretig na deze Nooten zyn, door dewelke zy ook dikwils gevangen werden, als menze dezelve by nacht, of van verre met de tanden hoord kraaken. Straks als de vruchten afgevallen zyn, begint den boom wederom nieuw loof te krygen, en men ziet dikwils, dat aan een en dezelfde boom zomtyds de eene blyft jeugdig en vol bladeren staat, als de andere allegaer de bare meest afgeworpen heeft, maar aan den groenen tak zal men geen vruchten zien; gelyk als aan de andere.

Sayoen. Alle Canaris geslagten, die men voor tamme reekent, bloeyen in 't begin van de reegen-mouffon, dat is in May of Juny, en baaren Oogst is in de eerste drooge mouffons maanden, dat is in October en November: Maar dewelke in September beginnen te bloeyen, werden ryp in Maart en April, en die hiet men *Canari Barat*, makende schier een byzonder geslagt, waar van in 't volgende Kapittel.

Naam. In 't Latyn *Canarium Vulgare*, op Maleys Canari, en daar van de twee eerste soorten *Canari Bessaar*, en *Canari Baggæa*, van 't volgende gebruik. De twee andere soorten *Canari Kitsjil*, zynde beide gesubdivideert in *Pand-jang*, dat is lange, en *Pende*, dat is korte ronde. Op Ternaats *Nya* en *Niha*, op Amboins *Yar* en *Yal*, op Bandaas *Nanari*.

Plaats. Dezen boom vint men in alle Eilanden van 't Molucze, en Amboinsche gebied, inzonderheid op beide Eilanden *Manipa* en *Kelang*: Voorts door geheel *Ceram* tot in de Zuid-Ooster Eilanden, ja zommige verzekeren ons, datze zelfs op *Nova Guinea*, en aan 't aangelegene Zuid-land gevonden worden: In *Banda* heeft menze ook, doch maar 't kleine geslagt; maar werden jaarlyks genoegzaam voorzien van de Eilanden *Key* en *Aru*. In de Westeryker Eilanden, als *Celebes*, *Baley*, en *Java* zynze onbekend, bebalven dat men op *Java* omtrent *Samarangh* een soorte kleine *Canary* vind, dieze zomtyds op *Batavia* te koop brengen. Op *Macassar* heeft men ook eenige boomen, doch aldaar geplant door vruchten van elders aangebragt. Hoewelze nu zonder toedoen van menschen in deze Eilanden voortkomen, werdenze meest gezaaid door de wilde duiven en vlee-muizen, die de geheele vruchten inswelgen, en de bolster ten naasten by verteerd zynde, de geheele nooten door den afgang weder van haar geven, dewelke dan op de aarde vallende, jonge boompjes voortbrengen, op welke manier meer andere vrucht-boomen voortgeteelt werden; eventuel zo hebben alle

ac possessores, nec cuivis licet illas cedere, quum incolis inserviant pro victu quotidiano & necessario.

Ufus. Harum insularum incolæ ingens capiunt nutrimentum ac victum ex hujus arboris fructibus, hi enim non modo crudi eduntur ad stomachum replendum, uti plurimum ab incolis fit, sed etiam pro oblectamento, uti a nostro fit populo, a quo in ferculis & ad potum Thee expetuntur, eodemque modo adhibentur, uti in Europa Amygdalæ, a quibus novitius vel peregrinus vix illos dignoscet, unde & in quibusdam annalibus annotatum legitur, has quoque insulas Amygdalas proferre; Hi tamen fructus sunt insalubres & perniciosi, si nimis recentes edantur, quod dignoscitur, si exterior illorum pellicula nondum sit ruffa, sed pallide albicans, atque hinc inde purpureis striis notata, tum enim facillime caulant hi fructus Diarrhæas & Dysenterias nimia illorum mucositate, quod corrigi tamen quodammodo potest, si parum Salis illis addatur: Plurima autem illorum pars nucleis inclusa fumo exsiccat, ut in quotidianum inserviat usum. Canarii hi fructus fumo indurati non valent, si crudi edantur, quum pellicula exterior separari nequeat, ac nimis sint oleosi, sed adhibentur ad oleum exprimendum, vel alios præparandos cibos. In insulis enim Moluccis, uti & in Banda, aliisque insulis ad Eurum sitis, in quibus Calappæ nuces non sunt frequentes, ex hisce siccatis nucleis magna Olei quantitas exprimitur, quod tenue est, & colorem ruffum habet, instar Olei seminum Raparum, vel paulo spissius etiam est. Oleum hocce gratius & aptius habetur pro cibis ad pisces in sartagine tostos, quam Oleum Calappæ, si nempe sit recens; vetustum enim Canarii oleum Lampadibus tantum inservit, estque naturæ calidioris quam oleum Calappæ. In Amboina oleum illud raro conficitur, quum ex Calappi nucibus promptius præparari possit.

Secundo ex hisce nucleis coquitur delicatus Amboinensium panis, *Baggêa* & *Mangêa* dictus, qui sunt bacelli ulnam circiter longi & pollicem crassi, qui loco panis eduntur. Hi componuntur ex Canariis grosso modo confcisiss cum Sagumanta parum commixtis, quæ pasta deinde intruditur canalibus ex Bambosis factis ad illam longitudinem, vel involvitur certis crassiss foliis, quæ ex Pandanghæ specie colliguntur, & ob hanc rationem *Daun Baggêa* quoque vocatur, quæ ad ignem torrentur, donec exteriora folia fuerint combusta, quæ tolluntur, vel cum semi-tostis conservatur foliis, hique bacilli ex hac pasta formati bacillos referunt ex confcisiss Amygdalis & saccharo nigro commixtos. Hi duri admodum sunt, difficilesque morfu, cito autem ventriculum replent, satiantque, sed ita vehementer sæpius alvum constipant, ut dolores subsequantur. Sapor horum est rancidus & oleosus, unde nostra natio non multum illos expetit, sed ab incolis loco tragematum usurpantur, aliisque dono mittuntur, alioquin optimum præbent esculentum & annonam trans mare navigantibus, quum diu incorrupti servari possint.

Alia insuper horum bacillorum species est pani etiam inserviens, quæ componitur ex Canarii nucleis confcisiss, cum pauxillo sacchari nigri & Oryzæ commixtis, quæ in Bambu canalibus pinsitur: Aliaque tertia melior præparatur species *Uba* dicta, sed huic Canarium non miscetur, quæ ex Sagumanta coquitur. Optima autem *Baggêa* ex Manipa adfertur, ubi latior harum Canarii placentarum species præparatur, pedem circiter longa, & palmam lata, quæ multo delicatior est prioribus istis bacillis.

Recentes Canarii fructus contriti & in aqua expressi, album præbent lac instar Calappæ Lymphæ, quod eodem quoque usurpatur modo ad olera & pul-tes, sed tantum a montanis ac plebeis hominibus, penes quos Calappus arbor non crescit.

Peculiaris est scientia & ars hasce confusione aperire nuces, ne nucleis frangantur vel comminuantur, incolæ hunc in finem lapides eligunt ab una parte excavatos in foveæ formam, in horum inferiore nucem deponunt, alteroque inpingunt in illam fatis fortiter, donec putamen frangatur, nucleusque tali modo illæsus est, sed non plures contunduntur, quam qui statim comedantur, quum in putamine meliores conserventur.

Tertio, hi nucleis ab Amboinensibus ad alia quoque

alle boomen haar eigenaars, en men magze geenzints vryelyk omkappen, om datze de Inlanders tot levens onderhoud dienen.

Gebruik. De Inlanders dezer Eilanden hebben een groot gedeelte van haar onderhout van dezen boom, te weten van de vruchten, want dezelve niet alleen bequaam zyn om raauw te eten, zo om den buik te verzadigen, (gelyk meest by de Inlanderen geschiebt) als tot vermaak, gelyk onze Natie doet, werdende op de na-tafels, en by den Thee-bak opgeschapt, gelyk men in Europa met de Amandelen doet, waar van ze een nieuweling qualyk onderjcheiden zal, daarom men ook in eenige Journalen of Dag-registers gescreven vind, dat deze Eilanden Amandelen uitgeven. Deze vruchten echter zyn wat ongezoet en vry schadelyk, als menze al te jong eet, waar van 't teeken is, als 't buitenste vliesken nog niet ros, maar bleek-wit is, hier en daar met paarze streepen, want als dan verwekkenze zeer licht buik-en bloed-loop door baare groote slymerigheid, 't welk men eenigzints verbetert, als men daar wat zout by eet: De meeste part werd in de schaa-len gelaten, en in de rook gedroogt, op dat men dagelyks provisie daar van hebben kan. Deze gerookte Canaris zyn niet zeer bequaam om raauw te eten, om dat men als dan het buitenste vel niet afkrygen kan, en ook te olyachtig zyn, maar zy dienen om Oly te slaan, of andere kost daar uit te maken: Want in de Molucze Eilanden, als mede in Banda, en andere Zuid-ooster Eilanden, inzonderheit daar men de Calappus nooten in geen overvloed heeft, werd uit deze gedroogde korrels een menigte van Oly geperst, dun en ros van coleur, gelyk Raap-zaad-oly, of wat dikker. Dezen Oly word voor lieflyker en bequamer gebouwen in de kost te gebruiken, en om visch daar in te bakken, dan Calappus-Oly, te weten als by versch is, want de oude Canary Oly dient maar tot de Lampen, en by is warmer van natuur dan den Calappus-Oly. In Amboina wert dien Oly weinig gemaakt, om dat men 't gereeder hebben kan van den Calappus-boom.

Ten tweeden, werd uit deze korrels gemaakt 't smakelyke Amboinsche brood *Baggêa* en *Mangêa* genaamt, 't welk zyn stokken omtrent een elle lank, en een duim dik, die men in plaats van broot gebruikt: Deze maakt men van grof gesneden Canaris, met Sagumanta een weinig door malkander gekneet, welk deeg men daar na stopt in Bamboes pypen van die lengte, of in zekere dikke bladeren rold, zynde een slag van Pandang, om die reeden *Daun Baggêa* genaamt, welke als dan in 't vuur gebraden werden, tot dat de buitenste bladeren verbrand zyn, die men dan afneemt, of met de half gebrande bladeren bewaart, gelyken de stokken van gesneden Amandelen, en swarte zuiker gemengt. Zy vallen vry wat bard, en moeyelyk in 't byten, verzadigen haast, en stoppen den buik zomtyds zo geweldig, dat men pyn daar van krygt. De smaak is wat brandig en olyachtig, dies onze Natie weinig werk daar van maakt, maar by de Inlanders werdenze voor Bancquet-werk gebruikt, en zomtyds tot een present gezonden, anders zynze een bequame provisie voor die genen, die ter Zee reizen, om dat menze langen tyd onbedurven behouden kan.

Daar is evenwel nog een beter slag van deze brood-stokken, die men maakt van gesneden Canaris, met een weinig swarte zuiker en Ryft gemengt, en in Bamboese pypen gebakken; En nog een beter derde zoorte *Uha* genaamt, doch daar komt geen Canary onder, maar bestaat uit Sagumanta gebakken. De beste *Baggêa* komt van Manipa, alwaar men nog een breed slag van deze Canari koeken maakt, omtrent een voet lank, en een band breed, derwelke veel smakelyker zyn dan de bovenstaande stokken.

De versche Canari gevreeven, en in water uitgeperst, geven een witte melk gelyk de Calappus melk, werdende op dezelfde manieren gebruikt, om bry en moes-kruiden daar mede te vetten, doch maar by de berg-woonders en slegte lieden, daar geen Calappus vallen.

Het is mede een byzondere wetenschap de nooten op te kloppen, zonder de heeft te verbryzelen, de Inlanders zoeken hier toe twee steenen, ieder aan de eene zyde wat bol zynde als een kuiltjen, op de onderste legt de noot, en doet met de andere een redelyke slag daar op, zo breekt de schaal, en de heeft blyft heel, doch men klopter niet meer op, als men teffens op eeten wil, want in de schaal kan menze beter bewaren.

Ten derden, gebruikt men deze korrels tot nog een ander

tragemata adhibentur *Halua* vel *Alua* dicta, quæ præparantur ex grosso modo confectis Canarii nucleis, cum Calappa & saccharo nigro vel arboreo commixtis & in crassam pastam redactis, ex qua quadratæ formantur placentæ, quas in sartagine parum supra ignem torrent. Hisce Marmilladis ipsorum convivia diebus festivis sunt oblecta, quibus maxime delectantur atque indulgent, licet oleosum præbeant saporem, nationi nostræ ingratum. Sed cum hisce placentis est, uti cum asino Æsopi, qui Carduos loco Lactucæ comedit, dicebatque, ut sunt labia, ita & olus est.

Vox *Halua* meo iudicio derivari potest ab Arabico *Halwan* & *Halwa*, id est edulium ex Melle & saccharo confectum, sive quodvis opus dulciarium, nam Amboinenses hac *Aluwa* delectantur, & eadem forma exhibent, qua apud nos Cydoniatum aliquod sive Marmillada.

Si Canarii fructus recentes copiose ingerantur, peccatoris oppressionem causant, unde nocent iis, qui tussi sicca laborant: Si inter Sagueri potum multum comedantur, caput gravant, citoque inebriationem causant; Ex Canariis fectis, cum saccharo & Oryzæ farina contritis, placentulæ formantur, quas Portugalli *Boruwa* & *Lado* vocant, ad crustulata quoque adhibentur loco Amygdalorum; qui & saccharo etiam obducuntur, sed oleosum dant saporem, quum non nisi ex Canariis vetustis & siccissimis id fieri possit.

Si arbores hæ senescant, solent albam & tenacem exsudare resinam, sed rarissimam, si inferior trunci pars vel prope radices incidatur arbor: quo arbores sunt vetustiores, eo copiosiorum effundunt hanc resinam, quæ in junioribus non reperitur vel saltem rarissime, contra fortem ac resinofum spargunt odorem, si harum truncus lædatur: Quo magis arbores hæ silvestres sunt, quoque minus coluntur, earumve fructus decerpuntur, eo copiosiorum fundunt resinam, quamdiu enim sunt fertiles, plurimosque gerunt fructus, hæc non reperitur. Gummi hoc seu resina, si sit sicca, est alba, inque parvis granulis sibi invicem adhæret, instar albæ Caphuræ, sed mollior est & tenacior instar sebi, sensimque flavescit. Si sit recens, tam gravem spirat odorem, ut caput infestet, totumque repleat cubiculum, in quo deposita est. In Amboina hæc resina est rara, sed frequentior occurrit in Cerama remotisque montibus, nec ad ullum alium adhibetur finem, nisi quod foliis obvoluta fectis, tamquam fax comburatur, sed gravem spargit odorem. Quando hæ arbores copiose hoc gummi fundunt, nullos amplius dant fructus, unde & incolæ stulti essent, si hæc arbores conservarent, ut gummi tale exstillaret, quum arbores hæ ad victum ipsis adeo conducant, simileque aliæ insuper arbores ipsis satis suppeditent, fructusque etiam perdant, qui ipsis sunt ita necessarii.

Ob eandem quoque rationem hujus arboris lignum non expetitur ad ædificia vel mechanica, excepto quod ex amplis ejus fructis ac segmentis vetustissimorum truncorum ingentia formentur dolia ac crateres *Doe-langs* vocata, ut & breves remi, vel cochlearia *Pangajos* dicta: Vetustarum arborum lignum foco optime inservit, unde & adhibetur ad furnos calcarios extruendos.

Hæc arbor, licet glabrum ac purum gerat corticem, plures tamen in ramis nutrit & sustentat plantas, quæ spuria ac parasitæ ipsam ita exhauriunt & emaciant, ut sterilis demum sit; hoc autem fit, quod per noctem plurimæ in hac quiescant aves, & quidem plures quam in aliis arboribus, ac præsertim palumbæ, quæ per stercore suum aliarum arborum semina in hujus arboris ramos dejiciunt, quæ ex eorum corticibus suum capiunt nutrimentum: Inter cæteras aviculas est *Cacopit* dicta, forma nostro *Regulo* simillima, ex cujus stercore in diversis arboribus excrescit aliena planta instar Visci in Quercu, quæ suo describitur loco nomine *Visci Cacopit*. Quæ peculiariter copiose & sæpius in Canariis conspicitur, estque speciosum tales virides quasi silvas, in arbore crescentes, videre, eo præsertim tempore, quum cuncta fere sua dimisit folia: Plurimæ etiam *Angræ* species ipsi increfcunt, quæ mirum gerunt florem, nec unquam in terra cresunt, item *Phyllitis Indica* aliæque *Filicum* & *Driopteris* species, nulla autem planta ipsi magis nocet, quam *Varinga*, ac præsertim illa parvifolia, quæ sine dubio

der *Amboins* Bancquet-werk *Halua* of *Alua* genaamt, bet welk gemaakt wert van grof gesneden korrels, met *Calappus*, en bruine of boom-zuiker gemengt, tot een dikke deeg, waar vanze vierkante koeken maken, en in een panne een weinig over 't vuur rooſten, van deze marmillade ziet men alle hare maaltijden op feestdagen opgepropt, en by hun lieden in groote agting, hoewel 't zeer olyachtig van smaak is, en voor onze Natie onliefslyk: Doch 't gaat met deze bruintjes, als met dien Ezel by Æsopius, die de distelen in plaats van Salade at, en zeide: Zo als de lippen zyn, zo is bet moes-kruid.

Het woort *Halua* kan mynes oordeels afgeleid werden van bet Arabische *Halwan* en *Halwa*, dat is een eetbare spys uit boning en zuiker toegemaakt, of alle zoete kost, want de Amboineezers van diergelyke zoetigheid zeer veel bouden, en op die zelve manier bet gebruiken als by ons de Marmeladens, ofte de Cbeley van Quëen en diergelyke.

Als men veele versche Canaris eet, voelt men dikwils een benaautheit op de borst, daaromze niet goed zyn de geene, die met de drooge boest gequelt zyn. Tusschen bet drinken van de Saguer veel gegeten, beswaart bet hooft, en maaken vroeg dronken. Uit de drooge Canaris met zuiker en rys-meel gewreeven, maakt men ook peper-koekjes, en morzellen, die de Portugeezen *Boruwa* en *Lado* noemen, za werdenze ook in de Taarten gebruikt, in de plaats van Amandelen, als mede met zuiker overtrokken, doch die smaaken vry wat olyachtig, om dat menze niet dan van oude en zeer drooge Canaris kan maken.

Als deze boomen oud werden, plegenze een wit entaai bers van haar te geven, doch zeer schaars, als men in de onderste stam of bloote wortelen kapt, hoe ouder de boomen zyn, hoe meer bers datze geven, maar aan de jonge ziet men niet, of zeer weinig, daar en tegen gevenze een sterke en bersachtige reuk van haar, als menze in de stam quetst. Hoe wilder deze boomen ook zyn, en hoe minder datze gebavend en geplukt werden, hoe meer bers datze geven, want zo lange zy rykelyk vrucht dragen, vind men 't bers niet. De Gom of bers droogt wit op met kleine kruimpjes aan malkander hangende, als witte Campbur, doch weeker en taayer als ongel, besterft ook metter tyd wat geel. Vers zynde is 't zo sterk van reuk, dat 't bet hooft beswaart, en een gantsche kamer vervult, daar bet leid. Op Amboina vind men dit bers weinig, maar wel op Ceram, en in 't afgelegene gebergte, en werd tot anders niet gebruikt, dan dat men bet met gruis en al in eenige drooge bladeren bewind, en in plaatze van toortzen of kaarzen verbrand, als andere Dammers, hoewelze mede beswaarlyk van reuk vallen. Als nu de boomen rykelyk van deze Gom uitgeven, zo willenze gene vruchten meer dragen, daarom de Inlanders onvruchtfelyk zouden doen, deze boomen, daarze zo nodige onderboud van hebben, tot bet druipen van deze Dammar te gewinnen, diergelyke zy met menigte van andere boomen kunnen hebben, en maakten als dan, dat de vruchten boven bederven, daar hun meer aangelegen is.

Uit dezelve reeden werd dit hout ook tot geen timmerwerk gebruikt, behalven dat men uit de breede vlerken, en dat nog van de oude stammen, groote bouten bakken *Doe-langs* genaamt, als mede de korte riemen of schep-lepels *Pangajos* maakt: bet hout van oude boomen geeft goed brand-hout, daarom 't gebruikelijk is, om kalk-ovens van te maken.

Dezen boom, hoewel by een effen en zuivere seborste heeft, moet echter op zyne takken veele vreemde planten voeden, welke boere-kindern hem zodanig uitmergelen, dat hy ten laafsten onvruchtbaar werd, dit komt by, om dat 'er des nagts veelderhande vogelen op deze takken rusten, meer dan op andere boomen, inzonderheid wilde duiven, die dan door den afgang zaden van andere boomen op dezès booms takken laten vallen, die dan beklyven, en uit de seborste haar voedsel trekken; onder andere is een klein vogeltje genaamt *Cacopit*, van gedaante ons Koninkken gelykende, uit wiens afgang op verscheide boomen spruit een vreemde plante, gelyk de Mispels op onze eiken boomen, op zyn plaats beschreven onder den naam van *Viscum Cacopit*; derwelke men inzonderheid veel en dikwils ziet op de Canari-boomen, zynde speculatie, zodanige groene boscchen te zien op een boom, in die tyd, als by zyne meeste bladeren afgeworpen heeft. Men vind 'er ook vele geslagten van 't *Angræ* op, een rare bloeme, die nooit op de aarde waft, als mede de *Phyllitis Indica* of *Herts-tongen*, en andere zoort van *Driopteris*: Maar geen schadelijker gewas voor hem is, als de *Varinga*, inzonder-

bio a palumbis ipsi inferitur: Ingrata enim hæc proles primo luxuriose admodum excrevit ex ejus ramis & cortice, ac dein sua emittit flagella juxta truncum inferne usque in ipsum solum, quæ dein majora magisque pinguis, pluribusque aliis aucta flagellis matricem truncum ita ambit & comprimit, ut suffocata quasi pereat, tumque parasitica hæc ac spuria proles specie magnæ arboris sese extollit; suffocata innitens corpori matricis, unde & Amboinenses proverbium de Varinga fecerunt, quam comparant cum adulatoribus, qui blanditiis suis sese insinuant in potentum favorem, quos exinaniunt & carpunt.

Dura Canarii putamina optimos præbent carbones, qui ignem diu continent & foveant, qui usurpantur ab aurifabris & ad aquam calefaciendam: Canarii fructus Bandenses, quum sint exiles, non multum crudi comeduntur, sed ex illis oleum potissimum exprimitur, quum majoribus sint pinguiore, quos aliunde accipiunt, & peculiari vocabulo Canaria Amboinensia vocant.

Quum in insulis Amboinensibus anni tempora variant, uti in Manipa & Kelangha, ubi Zephyri & Euri sicca constituunt mensium tempora, quæ in Amboina sunt pluviosa, hinc anni tempus, quo majora & domestica Canaria maturefcunt, in Amboina, est mense Octobri, inque istis insulis mensibus Junio & Julio, atque econtra minores seu silvestres Canarii species *Yal balat* ipsis dictæ in medio septentrionalium mensium, quum apud ipsos pluvie cadant copiosæ.

Notandum porro est, quatuor memoratas supra species, domesticas dictas, aliquando inminui & degenerare, ut a silvestri vix dignosci possint specie.

derheid de kleinbladige, die buiten twyfel door de duiven daar op gezaaid word; want dit ondankbaar kint groeit eerst zeer weeldrig uit zyn takken of schorsse, en jcbiet zyne ranke langs den stam na beneeden na de grond, die daar na grooter en vet geworden zynde, en met veele andere ranken, den moeder-stam omvat hebbende, den zelve eindelyk zodanig verstikken, dat hy uitgaat, en dan pronkt dit bastaart-kind met de gedaante van een grooten boom, steunende op het lichaam van de verstikte moeder, wesbalven de Amboineezen een spreekwoord van de Varinga gemaakt hebben, dezelve vergelykende by pluimstrykers, die haar met bare liefkojery by welbebbende lieden weten te voegen, en hun uitzuipen.

De harde schaalen van de Canaris geven goede koolen, die 't vuur lange houden, gebruikelijk by de goudsmieden, en om Thee-water beet te houden: De Bandsche Canarien, om datze klein zyn, werden niet veel raauw gegeten, maar meest tot Oly geperst, om datze veel vetter zyn dan de groote, dieze van elders krygen, en in 't byzonder Canary-Amboin noemen.

Dewyl in de Amboinze Eilanden de Moussonnen zelfs verschillen, gelyk op Manipa en Kelangh, daar de Zuid en Zuid-Ooster winden de drooge Mousson maken: wanneer 't in Amboin regent, zo valt de Sayjoen van de groote of tamme Canari in October in Amboina, en in de voornoemde Eilanden in de maanden Junius en Julius, en in tegendeel de kleine of wilde Canaris, dieze ook Yal Halat noemen, midden in de Wester Mousson, wanneer 't by hun reegent.

Nog staat aantemerken, dat de vier bovengenoemde soorten van tamme Canary zomtyds zo veraard en klein werden van vruchten, datze van de wilde qualyk te onderscheiden zyn.

EXPLICATIO

Tabule Quadragesima Septima,

Quæ ramum exhibet *Canarii vulgaris*, quod *Canary negri* vocatur. ubi Litt. A. *squamas foliaceas* ex alis rachis foliofæ ortum ducentes denotat.

- B. *Corymbum floriferum*.
C. *Corymbum frugiferum*.
D. Vero *nucem* naturali magnitudine putamini inclusam.

- E. *Fructus* est *Canarii Baggea*.
F. *Fructus* *Canarii Panjang*.
G. *Fructus* *Canarii Pende*.
H. *Canarii vulgaris fructus dissectus* est.
I. Ejus *nucleum* sistit.

EXPLICATIO

Partium fructuum Canariorum, & quo modo e terra progerminant.

- a & b *Integram* denotat *Canarii* nucem putamini inclusam, ubi a locus est, qui pedunculo fuit nexus.
c & d *Depuratum* *Canarii* fructum exhibet, ubi c locus est, qui petiolo junctus fuit & d superior trigona pars, e autem latissima ejus pars est hujus trigonæ nucis, ubi fissura delineata est, quam natura aperit, primo ad inferiorem seu acutam partem, ut radix ex ea propullulare possit.
f & g *Nucleum* exhibet seu medullam edulem in sex partes divisam, ubi g capitulum denotat, ex quo radix primum progerminat.
h & i *Eundem* depuratum nucleum demonstrat, sed inversum, capitulo sursum spectante, quod repræsentat *Sinensem* quasi a postica parte longis suis manicis ambulantem.
Per k l m & n exhibetur, quomodo arbuscula ex nuce progerminet, k nempe apertum exhibet putamen eadem forma, qua supra c & d fuit exhibitum, cujus inferior pars *Sinenfis* caput repræsentabat, quæ in radice l excrevit, dein sese aperit sex nuclei partes, in tot foliola sese extendentes, ab utraque nempe parte tria, quæ in centro furculum seu germen junioris abscondunt arboris ad m, quæ sensim sese erigit n apertura seu fissura est jam decidua.
o *Putamen* exhibet *vacuum*.
p *Perfectum* exhibet furculum seu arbusculam erectam & a putamine liberam, quæ superne viridia gerit foliola, sub quibus quædam nuclei ipsius fragmenta restant, quæ brevi post decidunt.

UYTLEGGING

Van de zeven-en-veertigste Plaat,

Dewelke een Tak vertoont van de gemeene *Canarie*, welke *Canary negri* genaamt wert; alwaar de Lett. A. aanwyft de bladige schubben, die uit de schoot der blat-dragende ryskens hun oorspronk hebben.

- B. Wyft aan een *Bloey-tros*.
C. De *vruchten*, zo alsze aan de *tros* groejen.
D. Een *Noot* in zyn natuurlyke grootte, en in zyn bolster beslooten.
E. Is een *vrucht* van de *Canari Baggea*.
F. De *vrucht* van de *Canari Panjang*.
G. De *vrucht* van de *Canari Pende*.
H. Is een *Canari doorgesneden*.
I. Des zelfs *kern*.

UYTLEGGING

Van de deelen der Canary-vruchten, en hoe dezelve uit de aarde uitspruyten.

- a en b Wyft aan een *geheele Canary-noot* met zyn bolster, zynde a de plaats aan de steel des booms vast.
c en d Vertoont een *schoon gemaakte Canary* en de bloote schaal, zynde c de plaats die onder de steel stont, en d de voorste driekantige spits; e is de breedste zyde van dezelve driekantige noot, alwaar een deur geteekent is, die de natuur opent, eerstelyk aan de onderste of spitse hoek, om de wortel uit te laten.
f en g Vertoont de *korrel*, ofte de eetbaare heest van een *Canary*, die zig in zes stukken verdeelt, alwaar g een ront hoofden vertoont, daar de wortel eerst uitkomt.
h en i Verbeelt dezelve schoongemaakte korrel, maar omgekeert met het hoofde boven, onder vertooning van een *Sinees* van agteren, met zyn lange mouwen wandelende.
Door k l m n wert vertoont, hoe een jong boompje uit de noot komt. te weten k is de geopende schaal in het zelfde postuur als boven c en d aan wiens onderste spits was het hooft van den *Sinees*, 't welk de wortel l geworden is, daarna openen zig de zes deeltjes van de heest in zoo veel blaajtes, ter wederzyde drie, en verbergen in haar midden het beginzel van het jonge boompje by m, 't welk zig allengskens opregt. n is het deurtje, dat nu afgevallen is.
o Vertoont de leege schaal.
p Een volwasse jonk boompje opgerigt, van de schaal los, vertoonende boven op al reede eenige groene blaajtes, en onder dezelve eenige stukjes van de korrel, die kort daarna afvallen.



